Ut significet S. D. N. Christianissimo Imperatori Germaniæ Principibus catholicis Epis. &c. animi sui charitatem, ac benignitatem erga ipsos; aperiat consilium institutæ Congregationis, hortetur ut consilia sua cum congregatione communicent; laudet illorum constantiam, iubeat a se omnem opem, omnem benevolentiam, omnem benignitatem expectare.

Principes, qui protestantes dicuntur, et Resp.mos reat in spiritu misericordiæ, mansuetudinis, et veritatis orthodoxæ, ut rejectis tandem hæreticorum perniciosis doctrinis, et funestis consiliis, oculos cordis sui aperiant ad divinam lucem catholicæ veritatis, ac fidei Orthodoxæ ad obedientiam S.tæ Rom.æ atq; Ap.cæ Ecclesiæ nubilam esse rationem mansuetudinis, et benignitatis apostolicæ quam non possint a se speraze, modo vere a tenebris hæresum ad lumen, et unionem Ecclesiæ redire velint.

Reformatio Ecclesiarum Germanicarum per Legatum, et Episcopos procuretur. ad eam invitabit Imperator, et Principes, adhortabitur vero commode, si de præsenti Ecclesiarum statu, ac deformatione primum diligenter

sciatur

sciatur, ita poterit explorate ægritudini consentanea medicina adhiberi.

Primaria vero cura, et opera est insumenda, ut ministri Ecclesiastici comparentur, quorum cum summa sit necessitas in Germania, nescio an minor sit charitas. Hi undecunq; sunt comparandi, ex Germania quidem si conferant Epi, et Abbates sumptus, si imperator, et alij Principes ad alendos sana fidei et spes bona adolescentes in Universitatibus catholicis, atq; in collegijs societatis Jesu. ex reliquis vero provincijs si summus Pontifex illud idem præstet, si hortetur Christianos principes, ut partem etiam suam in hoc tam necessarium opus conferant. Si ex societate Jesu multi mittantur in Germaniam, si ex Universitatibus omnibus, si ex toto clericorum, et canonicorum omnium rationum numero seligantur, qui in Germaniam mittantur. Theologi insignes, quos duplici honore Sedes Ap.ca prosequatur, si ex omnibus religionibus mittantur viri spectatæ virtutis, et doctrinæ, qui sua monasteria restituant in terris catholicorum. Postremo si summus Pont. concedat facultatem, ut in medium Lutheranismum